

- S. AMBROS. 1. Nullus est nudus, nisi quem culpa nudaverit. *De Joseph*, cap. 3.
2. Considera quomodo nos confundat, cum aliquid delinquimus, quomodo incurset oculus, quomodo in memoriam semper incurrat. *Pros.*
3. Quem commissi pudet, nescit postea aliquid tale committere, unde similiter erubescat. In *Apolog. Davidi*, lib. 1, cap. 9.
4. Pudor seu confusio plerumque corrector est nostri; et dum incipit nos pudore commissi, ne diutius pudeat, deserere quo erubescunt, sunt admonemur. Sup. *Psalm. xviii*, serm. 10, vers. 6.

S. AUGUSTIN. 5. Confusio adducit gratiam et gloriam, cum erubescit quisque de propria iniuste, et pominendo in melius commutatur. Ep. 48, ad *Vincen-*

*tium*.

6. Superbius habet confusionis deformitatem, et non habet confessionis humilitatem. Lib. 11 de *Genesi ad litt.*, cap. 35.

7. Est quedam confusio temporalis utilis, perturbatio animi respectu eius peccata sua, respectio-ne perhorrescentis, horrore erubescens, erubescens corrigentis. Sup. *Psalm. xxx*, cone. 1, vers. 4.

8. Confusio est qua mordet conscientiam. Sup. *Psalm. lxviii*, cone. 2, vers. 23: *Tu sis confusione meam*.

9. In iudicio confundentur perniciose, qui modo nolunt confundi salubriter. *Prote.*

10. Nemo nostrum vivet sine confusione, nisi prius confusus revicatur.

11. Præchet peccatoribus Deus modo aditum salubriter confusionis; si autem modo nolunt confundi, tunc confundentur quando deducunt eos ex adverso iniustitiae eorum. Sup. *Psalm. lxxxv*, versu ultimo.

S. BERNARD. 12. Bonus pudor est, quo peccasse, aut certe peccare confundens. Serm. ad *militia templi*, cap. 12.

13. Quid necesse est confundere amplius eum, cui sua ratio magister, cui propria conscientia virga, et ingenua verecundia lex discipline est? Epist. 1 ad *Rupertum*.

14. In his que fidei sunt, cavenda est confusio. Lib. 5, de *Consider.*

15. Magna confusio, magna valde, quod ardentius seculares perniciose desiderant, quam religiosi utiliter. Serm. 1 ad *fratres*.

S. BONAVENT. 16. Mortificatione confunditur diabolus. Serm. 3. Dom. 2, *Quadragesima*.

17. Si quis pro signo sui rancoris, accipit signa tui amoris, statim confunditur. Serm. 2, *Pentece*.

18. Cavendum est ne, dum nimis vitalur præsumptio, inordinationis accedit confusio. In *specie discipl.*, part. 1, cap. 3.

19. Erubescit actus suos, propria aestimatione damnatus est, et se ultore torquetur, qui vinculo confusio involvitur. Sup. *Psalm. xxxiv*, vers. 30: *Induuntur confusione*.

20. Vere digna confusio est, ubi nihil amplius gessimus ab his quibus amplius intelleximus. Pros.

21. Si confusio nobis erit aequales secularibus inventari in operibus bonis, quid erit nobis si inferiores nos ac deteriores examinatio futura reperiatur? Lib. 6, *Recognition*.

22. Ille homo magna dignus est confusione, qui non vult vivere secundum suum gradum et conditionem. In *Speculo Ecclesiæ*, cap. 6.

23. Ubi non est ratio, ibi non est nisi confu-sio. Sup. *Josue*, cap. 8.

24. Melius est hic erubescere coram paucis, quam in futuro coram omnibus. Sup. *Apocal.*, cap. 3, in illud: *Non apparet confusio*.

25. Gravior unusquisque confunditur, quando mandatulum Dei vel loquendo vel audiendo, respi-quit male vivendem contemptus. Lib. 18, *Moral.* cap. 5.

26. Tunc protervi melius corrigitur, si unde adepta creditur gloria, inde subsequatur confusio. Part. 3, *Pastor*, cap. 4, admon. 9.

27. Plerumque ex actione secularium confunditur vita Religiosorum. In *Prefat. Moralium* in *Job*, cap. 2.

28. Nulla ibi debet induci confusio (ne discor-dia locum inveniat), unde pacis debent bona pro-cedere. Lib. 12, in *Registro*, indict. 7, cap. 31, ep. 31, ad *Felicem*, episc. *Sicilia*.

29. Nihil in te Babylonium, nihil confusionis adolescat. Epist. 22, ad *Eustoch.*

30. Quem oijurgatio non correxit, emendet pudor. Epist. 27, ad *Eustoch.*

31. Confusionem sequitur ignominia, ignomi-niam correctio, correctionem consolatio, consola-tionis salus. In *Regula monachorum*, cap. 6.

32. Multa confusio est, si quis pro eo, qui eum diligit, erubescat. Sup. II, ad *Cor.*, cap. 9, in illud: *Erubescamus nos*.

33. Est confusio perturbationis, admirationis, pœnitentiæ, damnationis, inordinationis. Super *Psalm. xxv*.

34. Ubi quis querit gloriam, ibi timet confu-sionem; sed qui gloriam querit tantum apud Deum, non timet confundi. Sup. *Matth.*, cap. 5.

JOANNES DYSMOS. 35. Quomodo non sit confusio sacerdotes et clericos esse inferiores laicos, quos etiam aequales esse, confusio est? Hom. 40, *Oper. imperf. sup. Matth.*

36. Consilio malo deprehenso, tanto minor nas-citur confusio, quanto fuerit persona deterior. *Ibid.*, Hom. 42.

37. Non est confusio ab alio corrigi, immo con-fusio est repellere corrigentem. Hom. 10, super *Acta Apost.*, in *Morat.*

38. Ordinis perturbatio, perspicuum argumen-tum est neminem esse qui imperet; ordo autem principem ad moderatorem indicat. *Prose.*

39. Ubi princeps ac moderator non est, illi perturbatio ordinis atque confusio existat, necesse est. Lib. 1, *Paral.*, cap. 22.

40. Alter confunditur reus, dum pœlitur; alter qui de malo opere erubescens, corrigitur. *Prose.*

41. Ille enim, quia reprehensus est, confundi-tur; iste, quia se malum fecisse memoratur. Lib. 2, *de Sum. bono*, cap. 13, sent. 17.

42. Hoc ipso quo quisque de facto suo erubescit, ipse sibi jam iudex est. *Ibid.*, cap. 20.

43. Iniqui dum constantiam justi in perse-cutionibus suis aspiciunt, mentis confusio tabescunt. *Prose.*

44. Et dum aduersa ostentant nec vineant, tan-dem de sua perversitate insania confunduntur. Lib. 3, *de Sum. bono*, cap. 57, sent. 11.

LAURENT. 45. O quoties veritas occultatur, et falsum pro vero defendit timore confusione! *de discipl.* monast. conversal., cap. 13.

46. Tolerabilis est ab hominibus, quam coram divinitatis majestate confundi. Lib. 6, ep. 10, ad *Rodolph.* et *Ariprand.* menach.

47. Si confundimus hie dicere, qui erit in illa magna confusione, ubi omnia omnibus patrebunt? Serm. 38, de *S. Andrea*.

48. Non est aliud nomen, quod vitio magis con-vineat, quam confusio. *de confus. lingua*.

49. Confusio si nulla pena esset, non esset unde eam quisquam tam detestari, vel tantum devitare deberet. Part. 1, *de Benjaminino*, cap. 48.

HOMAS A. XENPIUS. 50. Aperta confusio sepe est extinctio vanae gloria. In *Hortulo rosar.*, cap. 41.

51. Turpia agentem, pudore affici honum est. Lib. 4, *de Moribus*.

VITOELLES. Vido etiam titul. *Bonum*, sent. 110; *Pecatum in genere*, sent. 318, 343; *Spes*, sent. 39.

S. ISIDORUS  
HISPALENS.

S. BONAVENT.

S. GREGOR.  
NYSSENUS.

HUGO A. S.  
VICTORE.

S. JOANNE  
DAMASC.

S. ANTONIN.

S. ISIDORUS  
HISP.

S. JOANNE  
DAMASC.

S. ANTONIN.

probamus sepe repetitas; neque enim quidquid licet, et decet. *Ibid.*

9. Bona matrimonii via, plana et directa: sed longiore circuitu ad cæstra sanctorum pervenit, et plurimos recipit. Lib. 10, ep. 82, ad *Vercellensem Ecclesiam*.

10. Non rurum est matrimonium, quod sine Dei devotione est. Sup. I Cor., cap. 7, sup. illud: *Melius est nubere quam urari*.

11. Que potest laus esse conjugi, si nulla Virginitalis est gloria? Jure laudatur bona uxor, sed melius pia Virgo præferunt. *Prose.*

12. Hec enim cogitat quæ Dei sunt, illa que mundi; illa conjugalibus colligata est, hæc libera vinculorum; illa sub lege, ista sub gratia.

13. Bonum est conjugium, per quod est inventa posteritas successionis humanae; sed melior virginitas, per quam regni coelestis hereditatis aquista, et coelestem meritorum reperta successio. Lib. 12, epist. 81, ad *Syriacum Papam*.

14. Matrimonium non est ubi datur opera, ne uxoris sit mater. *De Moribus manich., cap. 18.*

15. Quia agnitudini semper est consendum; propterea si cui primo contingent privari conjugio, si voluerit secundas vel tertias inire nuptias, nullum de illis peccatum habebit, si eas castè servaverit, id est, si unus et una legitime duxerat conjuncti fidem servent, ut nee illi mulieri præter uxorem, nec illa viro præter maritum ultenatus misceatur; in talibus etsi fuerit aliquis conjugalis excessus (qui tamen legittimum non violat thorum) habebit nonnullum, sed veniale peccatum. *De fide ad Petrum, cap. 3.*

16. Matrimonii bonum tripartitum est. 1. Fides. In fide attenditur, ne præter vinculum conjugale cum altera vel altero concubatur. 2. Proles. In prole, ut amanter suscipiantur, benigni-nutriantur, religiose educetur. 3. Sacramentum. In Sacramento, ut conjugium non separaretur, et dimissus aut dimissa non causa prolis alteri conjugatur. Lib. 9, *de Genes. ad lit.*, cap. 7.

17. Bonum est pudicitia conjugalis, sed melius bonum est continentia viridalium. *De bono viduit., cap. 5.*

18. In conjugalī vinculo si pudicitia conservatur, dannatio non timetur, sed in viridalibus et virginali continentia, excellētia munieris amplioris expetitur, qua expetita et electa, et voti debito oblata, jam non solum capescere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere velle damnable est. *Ibid.*, cap. 9.

19. Conjugium Christi dicuntur eligere, quo Christiana sanctitate non nubunt. *Ibid.*, cap. 10.

20. Beatoria sane judicanda sunt, que sive filii procreandis, sive etiam ista terrena prole con-

tempa, continentiam inter se pari consensu servare potuerint. Lib. 1, *de Serm. Dom. in monte*.

21. 22. Animorum rite conjugatorum tanto superior quanto probatior et tanto superior quanto placidor castitas perseverat. *De Loco conjugati*, cap. 3.

23. Melior est castitas exlibum quam castil nuptiarum. *Ibid.*, cap. 22.

24. Male utitur malo, concupiscentiam relaxans adulterio; bene utitur malo, concupiscentiam restringens coniugio. Lib. 1 *de Peccat. meritis et remiss.*, cap. 29.

25. Omne nuptiarum bonum impletum est in Joseph et Maria, parentibus Christi: proles, fides, Sacramentum. *Prose.*

26. Prolem cognoscimus ipsum Dominum Iesum; fidem, quia nullum adulterium; Sacramentum, quia nullum divorcium. Lib. 4, *de Nuptiis et concupis.*, cap. 11.

27. Intemperans in conjugio, quid aliud nisi quidam adulteri uxoris est? Lib. 2, *contra Julianum*.

28. Carnalis concupiscentia laudabilis continente virtute frenatur, quia fructibus impeditur nuptiarum; tam magnum est enim malum ejus, ut eo non uti quam bene uti sit melius. *Ibid.*, Lib. 4, cap. 7.

29. Melior est Virgo humili quam maritata humili, sed melior maritata humili, quam Virgo superba. Sup. *Psalm. lxxv*, vers. 11: *Vox et redit.*

30. Quid prodest integra caro mente corrupta? melius est humile conjugium quam superba humilitas. Sup. *Psalm. xcix*, vers. 1.

31. Conjugalē agentes vilam, si tenent humiliatem, superbiis castis meliores sunt. Serm. 53, *de Verbis Domini*.

32. Melior est virginalis sanctitas, quam pudicitia conjugalis. *Ibid.*, serm. 53.

33. Bona pudicitia conjugalis est melior integritas Virginialis. *Ibid.*

34. Bona est fecunditas in conjugio, sed melior integritas in sanctimonio. Serm. 21, *de Nativ.*

35. Ille naturalis usus quando probalitur ultra pacta nuptialia, id est ultra propagandi necessitatem, venialis in uxore, in meretrice dannabilis. *Prose.*

36. Usus vero, qui est contra naturam, exacerbatior fit in meretrice, sed execrabilius in uxore. *De Bono conjugati*, cap. 11.

37. Felicior mili videtur nupta mulier quam virgo nuptura: habet enim illa quod ista adhuc cupit. *Prose.*

38. Illa studet uni placere, cui data est; haec

multis, incerta cui danda est. *De sancta virginit.* cap. 41.

39. Sic ut adulterium non potest esse sine bono nature, nec ideo bonum est: ita coniubium non potest esse sine malo concupiscentia, nec ideo malum est. Lib. 3, *contra Julianum*, cap. 23.

40. Conjuges possunt esse pudica, et non esse, si contaminata voluntate mœchiantur. *Ibid.*, lib. 4, cap. 8.

41. Conjuges, bene utentes malo concupiscentiae, anteponunt virginibus male utenibus bono continentis. *Ibid.*

42. Centesimus fructus martyrum est; sexagesimus, virginum; tricesimus, conjugatorum. Lib. 1 *Quasi. Evang.*, quest. 9, sup. illud *Math.* 13: *Aliud centesimum*.

43. Elias conjugatorum est etas præstantium; ipsi enim habent ariorem confituum, ne libidinibus superuentur. *Ibid.*

44. Posse sanc fieri nuptias ex male conjuntes, honesto posse placito consequente, manifestum est. *De bono conjugati*, cap. 14.

45. Virgo si nubetur, non peccaret; sanctimoniales vero si nupserit, Christi adultera reputabitur. Sup. *Psalm. lxxxiii*.

46. Triplici causa duecitur uxor: causa proli, causa adjutorii, causa incontinentiae. Sup. *Psalm. xlvi*.

47. In matrimonio sunt tria bona: amor, honor, fidelitas; amor, propter unionem; honor, propter reverentiam ad invicem; fidelitas, propter fidem servandam. Serm. 4 *Dom. 24 post Pentec.*

48. Quid est modo matrimonium? horremus est audire et videre; quia ibi non est aliqua continentia, et quasi possem dicere, quid potius in multis sit prostibulum privatum, sive secretum, quam matrimonium; quia sine continentia, sine oratione. *Ibid.*

49. Bonum matrimonii triple est: fides, ut neuter alieno thoro maculetur; proles, ut ad cultum Dei nutritur; sacramentum, ut non dissolvatur. Lib. 3 *Compend. Theolog. veritatis*, cap. 38.

50. Scopus matrimonii et institutum, est liberorum susceptio; finis autem, ut boni sint liberi, Lib. 2 *Pædagogi*, cap. 10.

51. Oportet felix matrimonium censer, neque unquam divitiis, nec pulchritudine, sed virtute. *Prose.*

52. Nulli conjugi in maritum pulchra forma profuit; multa autem virtus profuit. Lib. 4 *Stromat.*

53. Matrimoniorum fidem tenere, laus est inter tot corporis bella; sed matrimonio de continentia modum statuisse, majoris virtutis est, dum etiam

licita rejiciuntur. *De bono pudicitia*, cap. 2.

54. Conjugio melior est continental, et virginitas excellentior. Cap. 5 *de Nativ. Christi*.

55. Fidelium conjugorum fructus est conti-s. EUCHERIUS. nentia. In *Epist. parœnetica ad Valerianum*.

56. Sancta sunt Christianorum conjugia, quia s. FULCENT. et conjugalis ibi castitas custoditur in corpore, et puritas fidei servatur in corde. Epist. 2, *ad Gal. lam*, cap. 5.

57. Nubens post votum pejor est adultero. Apud *Gloss. de R.* Gratianum, in *Decretis*.

58. Cum in meretrice nulla spes fidei, nulla *GRATIANUS*. sit certitudo pudicitiae, patet quod non est in conjugium ducenta. In *Decretis*, part. 2, causa 32, quest. 1, Can. *Integritas*, § *Cum*.

59. Qui non causa procreando soholis, sed ex-plendas libidinis sibi invicem copulantur, non tam coniuges, quam forniciari evidenter. In *Decret.*, part. 2, causa 32, quest. 2, Can. *Pudor*, § *Oui*.

60. Bonum est conjugium, sed mala sunt que s. GREG. MAG. Prose.

61. Quia dum temetur quod non nocet, ex rebus iuxta positis committitur plerisque quod nocet. Lib. 26 *Moral.*, cap. 19.

62. Qui tentationum procellas cum difficultate salutis tolerant, conjugi portum petant; sine culpa enim ad conjugium venient, si tamen nondum meliora voverunt. Part. 3 *Pastoral.*, cap. 4, *Admon. 28*.

63. Quamvis bonum sit conjugium, atque ad propagandam sobolem providentia divina constituerit, non tamen per hoc desideria expetenda sunt voluptatis. Hom. 36, sup. *Evang.*, in illud *Luc. 44: Usorem duxi*.

64. In Ecclesia primum locum virginitas tenet, secundum continentia, tertium conjugalis vita. Lib. 4, in *I Regum*, cap. 4.

65. Quos onus licitum conjugi non gravat, neque aquam pondus illicium terrae sollicitudini premat. Part. 3 *Pastoral.*, cap. 1, *admonit. 28*.

66. Experimento didicimus ex consanguineorum conjugio soholem non posse succrescere. Lib. 12, in *Registro*, indict. 7, in *respons.* ad *Augustin.*, cap. 6.

67. Laudabiles sunt nuptias, præ nuptiis tamen puritas. Nupties indicium sunt perturbationis, castitas vero splendoris; nuptie parentes sanctorum, puritas autem sacrificium. Orat. 27, ad *Virginem*.

68. Interdum sibi libido blanditur, ut quod propter intemperiam suam quidam faciunt, videantur facere desiderio liberorum. Ep. ad *Gerontiam*.

69. Melius est nubere quam urari. Tolle quod

pejus est, uri, et per se bonum non erit nubere. Ep. 9, ad *Salvinam*.

70. Matrimonium vinculum est, et viduitas so-  
lito. Ep. 11, ad *Geroniam*.

71. Non possunt habere pudicitie libertatem,  
qui servient dominatui nuptiarum. *Ibid.*

72. Proponis mili gaudia nuptiarum, ego tibi  
opponam pyram, gladium et incendium. *Prose.*

73. Non tantum boni est in nuptiis quod spe-  
ramus, quantum malum quod accidere potest, et  
timendum est. *Ibid.*

74. Non est detrahere nuptias, cum illis vir-  
ginitas antefertur. Ep. 22, ad *Eustoch.*

75. Laudo nuptias, lauda conjugium, sed quia  
virgines generant; lego de spinis rosam, de terra  
aurum, de concha margaritam. *Ibid.*

76. Qui servit officio conjugalium, vincens est; et  
qui vincitur, servus est; qui autem ab illo so-  
litus est, liber est. Ep. 35, ad *Exuperianum*.

77. Non damno digamos, immo nec trigamos, et  
(si dici potest) octogamos; plus aliquid inferam,  
etiam scortatorem recipio penitentem. Quidquid  
aequaliter licet, aqua lance pensandum est.  
*Liber. 1, adversus Jovian.*

78. Conjugium gravi sarcina est. Ep. 28, ad  
*Amandum*.

79. Beata habens maritum, si custodiat castita-  
tem; beator vidua, quia minore labore maiorem  
inveniet castitatem; beatisima virgo, quia sine  
labore ad summum premium possit pervenire.  
*Sup. I, ad Cor., cap. 7, sup. illud: Beator au-  
tem erit.*

80. Qui nuptias damnat, non amator, sed ini-  
micus est castitatis, dum et continentibus laudem  
tolit, et incontinentibus sublatu nuptiarum reme-  
ditio, fornicationis facit inire discrimen. *Sup. I, ad  
Timoth., cap. 4, in illud: Prohibitum nubere.*

81. Voventis virginitatem, non solum nube-  
re, sed etiam velle, dannabile est. Habetur in  
*Decretis Gratiani*, part. 1, dist. 27, can. *Voventi-  
bus*.

82. Virgines, qua post consecrationem nupse-  
rint, non tam adulterae sunt quam incestae. Lib.  
*contra Iovianum*, et habetur in *decretis Gratiani*,  
part. 1, dist. 27, in fine, can. *Virgines*.

83. Liberorum causa uxorem ducre, ne no-  
men nostrum intereat, vel ut habeamus senectutem  
presidia, et ut certis utatur haeredibus, stoli-  
dissimum est. Lib. 1, de *Nuptiis carnalibus  
vitandis*, cap. 4.

84. Non est uxor duecenda sapienti; primum  
enim studi philosophiae impedit, nec potest quis-  
quam libris et uxori pariter inservire. *Ibid.*

85. Cicero rogatus ab Hircio ut, post repudium  
Terenitiae, sororem ejus duceret, non acquieavit,

dicens; non se posse et uxori et philosophiae pa-  
riter operam dare. *Ibid.*

86. Foritan putet aliquis concordie providisse,  
si pauperem ducat uxorem; Marcus Cato Censo-  
rius habuit uxorum Paulam, humili loco natam,  
violentam, impotentem, et (quod credere facile  
posset nemo) Catoni superham. *Ibid.*

87. Dicuntur plerumque uxores, non causa  
fornicationis vitande, sed causa luxurie expli-  
catur; nec causa prolis, sed causa pecuniae. *Ibid.*  
88. Tria sunt in conjugio: sacramentum reli-  
gionis, officium purgationis, remedium fornicati-  
onis. Lib. 3 *Miscellan.*, codice, 2, tit. 35.

89. Grave nimis est pondus conjugii: sola enim s. INNOC-  
ENTIUS zelotypum vehementer affigit. Lib. 1, de  
*contemptu mundi*, cap. 16.

90. Hoc vere est conjugium, quando conjuges s. JOANNE  
non solum in prosperitate, sed et in periculis  
CHRISTI obambulant; et hoc germane charitatis  
indictum est. Homil. 32 super *Genesim*.

91. Quando concordia, et pax, et vinecum di-  
lectionis cum muliere et viro fuerit, omnia simul  
afflunt bona et nullis insidiis expositi, sed magno  
et inexpugnabili quadam muro circumdati  
sunt. *Ibid.*

92. Hoc conjugium verum est, quando tanta  
inter eos concordia, ut vinecum charitatis sint  
concatenati. *Prose.*

93. Sicut corpus a semetipso nunquam dis-  
det, neque anima adversus seipsum: ita virum  
et mulierem non convenit dissidere. *Ibid.*, Hom.  
45, sup. illud *Genes. 2: Erant duo in carne una*.

94. Veteres in conjugio non quererant substi-  
tutiam muliam, non divitias, non servos, et ju-  
gera agri tot et tot, non externe venustatis mu-  
liebris formam, sed anima pulchritudinem et mo-  
ram nobilitatem. *Prose.*

95. Pecunia nunc tantum in sponsalibus quo-  
ritur, eti si mulier malis innumeris plena sit; hoc  
solum inquiratur, scilicet, quantum abundet pecu-  
nia, et cetera omnia posteriore loco habentur.  
*Ibid.*, hom. 48, sup. illud *Gen. 24: Et inde acci-  
pites uxorem filio meo*.

96. Bona sunt conjugia et sancta, et a Deo or-  
dinata, ut crescant homines et multiplicentur, et  
implicant terram. Hom. de *Adam et Eva*.

97. Bonum est conjugium, sed melior est vir-  
ginitas; non quia melior est virginitas, ideo ma-  
litum est conjugium, sed illud quidem inferiorum.  
Hom. 3, de *Verbis Isaiae*.

98. Qui in conjugio divitias eligunt et non mo-  
res pulchritudinem et non fidem, filii eorum non  
erunt fructus justae conjunctionis, sed pena.  
*Hom. 1, Oper. imperf.*, sup. *Matth.*

99. Intra conjugia, ex genere impiorum, peri-

enulosum est. *Ibid.*

100. In matrimonio mox castitas delectatur, li-  
bido autem quasi vineculo conjugii colligata tor-  
quetur. *Prose.*

101. Primus gradus castitatis, sincera virginitas  
est; secundus autem, fidele conjugium.

102. Species secunda virginitatis est matri-  
monii casta dilectio. *Ibid.*, Hom. 32.

103. Matrimonium non facit coitus, sed volun-  
tas; et ideo illud non solvit separatio corporis,  
sed separatio voluntatis. *Ibid.*

104. Tu juventu quando uxorem ducere vis,  
noli querere divitem, sed bene morigeratum;  
quia mores boni divitias frequenter acquirunt; di-  
vitiae nunquam mores bonos fecerunt. *Ibid.*,  
Hom. 43.

105. Noli querere speciem, quia in specie  
meretrices placent, in moribus autem matrone,  
*Ibid.*

106. Ille propter desiderium honorum filiorum  
nubit, qui postquam haberet, circa Dei discipli-  
nam eos continet; aliquo qui filios negligit,  
illos non desideravit Deo generare, sed diabolico.  
*Ibid.*, Hom. 30.

107. Ille propter periculum peccati nubit, qui  
postquam nupsit, matrimonium caste conser-  
vat; qui autem post matrimonium indifferenter  
abutitur amoribus suis, ille non proper tutem  
animae nupsit, sed ob abundantem lasciviam car-  
nis. *Ibid.*, Hom. 50.

108. Hoc est divine providentia, ut maritus  
qui in majoribus negotiis est utilis, in minoribus  
reputatur deterior, ut necessaria sit mulierum  
opera. Homil. 22, in *varis locis sup. Matth.*

109. Qui divitem duxit uxorem, dominum ma-  
gis sibi quiescit quam conjugem. *Prose.*

110. Qui aequaliter uxorem duxit, aut opibus  
sibi imparem, is adiuviter duxit et sociam.  
*Ibid.*

111. In conjugio pax, et jucunda consuetudo  
querenda est, non pecunia. *Ibid.*

112. Factum est conjugium non ut rixis plena-  
sit dominus et helle, non ut lites adint et contentio,  
sed ut fruatur adulterio atque solatio, quo levius  
ferantur incommoda. *Ibid.*

113. Mulier in uxoren querenda est, non  
formosa aut dives, sed generosis moribus pre-  
data. *Ibid.*

114. Tu uxoren duelurus ne configuras ad ho-  
mines, aut ad mulieres questrum facientes ex  
aliens infortunis, sed ad Deum configito; non  
gravabit esse tuus pronubus, ipsius promis-  
sio. *Ibid.*

115. Tu sive sponsum, sive sponsam queras,  
hoc inquire ante omnia, an pius et Deo charus

S. JOANNES  
DAMASC.

S. ISIDORUS  
HISPALENS.

S. ISIDORUS  
PELUSIOT.

S. LEO I.

NULLUS

CUM  
CARNE  
COMBIBUS  
CONCEDEBIT, UT ET QUI  
HABENT SIC  
TANQUAM NON  
HABENTES, ET QUI  
NON  
HABENT PERMANENT  
SINGULARES. EPIS. 44 AD ANAS-  
TASIUM THESSALONICO, EPISC., CAP. 4.

PETR. ELES.

S. PETRUS  
CHRYSOLOG.

S. PETR. DAM.

ECCLES.

RICH. A. S.  
VICTORE.

S. THOMAS  
AQUINAS.

## CONSCIENTIA IN GENERE.

— 400 —

piscientie, in effectum sacramenti. Sup. *I ad Cor.*, cap. 7.

131. Quatuor sunt, quae quilibet considerare debet in uxore accepienda; scilicet pulchritudo, nobilitas, boni mores et dicitus. *Opus. de scientiis utilitoribus.*

**VIT. PATR.** 132. Maritus moribus, non natalibus eligendus est; ipsa enim; non parentibus ejus utendum est. Libr. 1, in *Vita S. Eugenii*, cap. 2.

**S. ZENO.** 133. Noli esse sacrilega, noli esse proditrix legis; profano cur nubis, cum possis nubere Christiano? *Pros.*

134. Ne in illo Resurrectionis die inter plurimos maritos non possis, cujus fueris uxor agnoscere tuum. *Ser. de Continentia.*

## SENTENTIA PAGANORUM.

**PLATO.** 135. Qui matrimonii societatem querit, dare operam debet ut modestorum parentam filiam ducat. Lib. 6, de *legibus*.

**SENECA.** 136. Nemo uxorum duxit, nisi qui abduxit. Lib. 1, de *Beneficio*, cap. 9.

**SIXT. PHILOS.** 137. Conjugium tibi refutare concessum est, idcirco in viva indesinenter Deo adiungens; si autem tantum prestat sciens, tamen pugnare vis, et uxorem due, et filios procrea. *Sent. 221.*

138. Fidelium conjugium, certamen habeat continentiae; ut confinieris ventrem, illa et veneros motus. *Ibid.*, sent. 230.

139. Splendidis coniugiis injicias manus, at haec sicut aliquando illustrant, ita nonnunquam funditus domos evertunt. Lib. 7, *Dictor. memorab.*, cap. 2.

140. Unicæ filia pater quidam Themistocle consulebat, utrum eam pauperi (sed ornata) an locupleti (sed parum proba) collocaret; cui is: Malo, inquit, virum pecunia, quam pecuniam viro indigentem. *Ibid.*

Vide etiam tit. *Divortium*; et *Uxor per totum, Oblatio*, sent. 55; *Viduitas*, sent. 16, 17.

## CONNEXIO VIRTUTUM.

Vide Virtutum connexio.

## CONSCIENTIA IN GENERE.

**S. ANTONIN.** *Etymologia.* Conscientia dicitur quasi cum scientia; qua scientia si est vera, tunc cum ea est bona conscientia; si est falsa, est mala conscientia. Part. 4, tit. 11, de *lege in communis*, cap. 4, § 3.

**HUGO A. VICTORE.** Conscientia est quasi cordis scientia; cor enim et se novit sua conscientia, et multa alia. *Prose.* Quando novit se, appellatur conscientia; quan-

## CONSCIENTIA IN GENERE.

— 400 —

do præter se alia, nominatur scientia. Lib. 3, de *Anima*, cap. 11.

**Definitio.** Conscientia est spiritus corrector, et s. ANTONINUS pedagogus animæ sociatus. Part. 4, tit. 3, cap. 10. Conscientia est cognitio suipius. Lib. 2, *Compend. Theolog. veritatis*, cap. 52.

Conscientia est animi habitus agendorum, et s. BONAVENTURA agendorum. *Ibid.*

Conscientia est lex intellectus nostri. *Ibid.*, cap. 52.

Conscientia est rationale iudicatorium. *Ibid.*

Conscientia mentis nostra lex est. Lib. 4, de s. JOANNES DAMASCENUS *de orthodoxy*, cap. 23.

Conscientiam aliud nihil esse arbitror, quam s. LAURENTIUS rationis iudicium in veritatis lumine propalatum JUSTINUS atque discussum. Part. 2, *serm. de S. Marco*.

Conscientia est suipius scientia, vel de bono PETRUS CELI presumes, vel de malo diffidens. *De conscientia*, cap. 4.

Conscientia est quoddam mentis dictamen. Part. 4, quæst. 79, art. 13. **S. THOMAS AQUINAS.**

Conscientia nihil aliud est, quam applicatio scientie ad aliquem actum. I, 2, quæst. 19, art. 5, in argum., in contrarium.

Conscientia est applicatio synderesis ad aliquod particolare factum, in qua contigit errorem esse. Sup. 2, sent. dist. 40, art. 4, ad 3.

## SENTENTIA PATRUM.

1. Tantus splendor honestatis est, ut vitam s. AMBROSII beatam efficiant tranquillitas conscientie, et securitas innocentie. Libr. 2, *Olife*, cap. 4.

2. Quando mens sibi recti est conscientia, gratulatur, vel infusione quadam spiritali repletur animus gaudio. Lib. 2, de *Cain et Abel*, cap. 6.

3. Sicut magna pena est impiorum conscientia. s. ANSELMUS, ita magna gaudium est priorum conscientiarum. Super II, ad *Cor.*, in illud: *Testimonium conscientie*.

4. Quid est in rebus dilius, quid in corde dulcis, quid in terra quietius atque securius bona conscientia? *Prose.*

5. Damna rerum non metuit, non verborum contumelias, non corporis cruciatus, que etiam ipsa morte magis erigitur, quam dejicitur. Part. 1, tit. 3, cap. 10, § 5.

6. Quid prodest si omnes laudent, et conscientia accuseat: aut quid poterit obesse, si nobis omnes derogent, et conscientia sola defendat? Part. 2, tit. 10, de *Mendacio*, cap. 2, § 4.

7. Felix illa conscientia, quam sapor sapientiae s. ANTONIUS afficit, in qua ipsa sapientia requiescit. *Ser. Dom DE PADUA. 10, post. Trin.*

8. Vis animum purum custodiare? esto in tranquillitate conscientie. *Ibid.*, serm. 47.

## CONSCIENTIA IN GENERE.

— 401 —

**S. AUGUSTIN.** 9. Non est interior litterarum scientia, quam scripta conscientia, id se alteri facere quod nolit pati. Lib. 1 *Conf.*, cap. 18.

10. Letitia bona conscientie paradisus est. Lib. 12, de *Genes.* ad *cap.* 34.

11. Verius alique jucundius est gaudere hominem de bona conscientia inter molestias, quam de mala inter delicias. *De Catechizandis rubibus*, cap. 16.

12. Ibi ponenda est continentia, ubi tacitum loquuntur conscientia. *De continencia*, cap. 1.

13. De conscientie puritate quidquid procedit tanto est laudabilis, quanto humanas laudes non desiderat. Lib. 2, *de Ser. Dom. in morte*.

14. Charitas bone operantis dat ei spem bona conscientie, spem enim gerit bona conscientia; sicut mala conscientia tota in desperatione est, sic bona conscientia tota in spe. *Super Psalm. xxxi.*

15. Qui vult ergo habere bonum spem, habeat bonam conscientiam; ut autem habeat bonam conscientiam, credat et operetur. *Ibid.*

16. Serva quod intus est, et non timebis foris. *Sup. Psalm. xxxv.*

17. Quod alienum est ab opere, alienum est a conscientia; quod alienum est a conscientia, alienum videtur et a scientia. *Sup. Psalm. xxxiv.* vers. 13.

18. Cubile nostrum est cor nostrum, ibi tumultu patitur male conscientie; et ibi requietiscimus, quando bona conscientia est. *Super Psalm. xxxv.* vers. 4. *Iniquitatem meditatus est in cubili suo.*

19. Interiora conscientie videt Christus; ibi amat Christus, ibi aliquotus Christus, ibi punit Christus, ibi coronat Christus. *Sup. Psalm. xlvi.* vers. 15.

20. Sedes Dei, est conscientia piorum. *Super Psalm. xlv.* vers. 5.

21. Quæris altitudinem maris; quid profundus humana conscientia? *Sup. Psalm. lxxv.* in *Exposito*, vers. 15.

22. Cui bona est conscientia, tranquillus est, et ipsa tranquillitas requies est cordis. *Sup. Psalm. xc.*

23. Venter interioris hominis, conscientia cordis est. *Sup. Evang. Joan. trac. 32*, de *cap. 7*.

24. Quid prodest plena bonis arca, inanis conscientia? *Serm. 12, de Verbis Dom.*

25. Quam speciosus est anime nitor, felix conscientia bonis operibus plena. *Serm. 3, de Vigil. Nat.*

26. Si potens est qui mundo imperat, quam beatus est, qui Deum in conscientia portat. *Ibid.*

27. Nihil est jucundius, nihil tulius, nihil diutius bona conscientia; premat corpus, trahat mundus, terreat diabolus, illa erit secura. *Ibid.*

28. Felix est conscientie puritas, felix est sanctæ conscientie jucunditas, que verum in interiori excludit, que a carcere doloris liber rationem, que ab omni immunditia purgat membrum! *Serm. 10, Ad fratr. in eremo.*

29. Due res sunt conscientia, et fama; conscientia tibi, fama proximo tuo. *Prose.*

30. Qui fidens conscientie sue negligit famam suam, crudelis est. *Serm. 4, de Communione clericorum.*

31. Bona conscientia in tenebris splendorem proprium tenet. In *Proverb.* suis, verbo *Bona.*

32. Cui conscientia pura est, tranquillus est, et ipsa tranquillitas. *Sup. Psalm. xci.*

33. Hec est animæ suarissima et saluberrima **s. BERNARD.** conscientia mundæ, quietæ, secura. *Ser. 2, Onnium Ss.*

34. Sit animæ euclitra, conscientie sua puritas, sit cervical tranquillitas, sit operarium eius securitas; ut in hoc strato dormiat delectabiliter, feliciter requiescat. *Ibid.*

35. Bonum para habitetum Deo, cuius ratio decepta, nec voluntas perversa, nec memoria fuerit inquinata. *Serm. 2, de Dedicat. Ecclesie.*

36. O vita secura, ubi pura conscientia! o inquieta, vita secura, ubi absque formidine mors expectatur, imo et exoptatur cum dulcedine, et excipitur cum devotione! *Serm. Exhort. ad Mites templi*, cap. 1.

37. Puritate conscientie magnanimiores facti consequentur audere majora, inquieti prorsus et curiosi secretaria penetrare, et apprehendere sublimiora, et tentare perfectiora non modo sensuum, sed et virtutum. *Serm. 32, sup. Cant.*

38. Nihil luce conscientie clarius, nihil gloriosius testimonio conscientia? cum veritas in mente fulget, et mens in veritate se videt. *Ibid.*, ser. 85.

39. Memento quod asperior cardo pannum faciat leniore, sic conversatio conscientiam. *Ep. 331, ad Hugonem Novit.*

40. Conscientia bona est titulus religionis, templo Salomonis, ager benedictionis, hortus deliciarum, gaudium angelorum, thesaurus regis, huius aulae Dei, habitaculum Spiritus sancti, liber signatus, et clausus, et in die iudicii aperiendus. *De inter. domo*, cap. 22.

41. Nihil est jucundius, nihil tulius, nihil diutius bona conscientia; premat corpus, trahat mundus, terreat diabolus, illa erit secura. *Ibid.*

42. Futuræ beatitudinis non est utilius reme-

dium, nec certius testimonium bona conscientia. *Ibid.*

43. Conscientia bona est, si habeat in corde puritatem, in ore veritatem, in actione rectitudinem. *Ibid.*, cap. 27.

44. Qui conscientias suas in alienis labi possunt, modo magni, modo parvi sunt, modo nulli. Ser. in *Nat. B. Joan. Baptista.*

45. Erit virtus contenta candore conscientiae, ubi sequi non poterit odor famei. *Pros.*

46. Ceterum odor famei nec excusare sufficiet vitium conscientiae decoloris. Ser. 71, sup. *Cant.*

47. Fortitudo tua, et fiducia, fidelis conscientia. Lib. 3, *de Consid.*

48. Anima non novit se, quae sine speculo est, speculum enim mundum et purum totius anima, est conscientia. *de interior domo*, cap. 23.

49. Si tibi mens bene conscientia est, terremo carcere resoluta, cœlum libera petit. Lib. 2, *de consol. Phitos*, prosa 7.

50. Sapientia bonum suum non populari rursum, sed conscientia veritate metitur. *Ibid.*, lib. 3, prosa 6.

S. BONAVENT.

51. Magna divitiae, bona conscientia. Lib. 4 *Pharœtra*, cap. 2.

52. Quid dulcis in rebus, aut quid dulcissimus, quid in terra quietius? atque securius bona conscientia. *Ibid.*

53. Bona conscientia dama rerum non metuit, non verborum contumelias, non corporis cruciatus, quippe quae et morte ipsa magis erigitur, quam dejectur. *Ibid.*

54. Bona bona conscientie revirescent in laboribus, non arescent, nec in morte evanescent, sed resurgent; letificant viventem, morentem consolantur, reficiunt mortuum, nec deficiunt in aeternum. *Ibid.*

S. CYPRIAN.

55. Nihil animum fideme sic delectat, quam integra immaculata pudoris conscientia. *De bona pudicitia*, cap. 5.

56. Inseparabilis est inimicus mala conscientia, et perpetuus amicus casta et conserva conscientia. *Præcept.*

57. Hec amatorem suum et in carcere, et in captivitate sequitur.

58. Ille cum in omni peregrinatione, et tribulatione comitatur.

59. Hec ei dicatum, usque ad ipsa coli regna largitur. Serm. *de Unscriptione*.

S. FRANCISUS AS ISIAS.

60. Fama pretium est conscientie secretum minutiæ. Oraculo 14.

GLOSS. ORD.

61. Felix conscientia, quae afflictionis tempore honorum operum recordatur. Sup. IV Reg., cap. 29.

62. Felix conscientia, que propter Deum patitur opprimit. Sup. Hierem., cap. 15.

63. Omnis conscientia, que fixa in Deum spe non permanet, in tentationibus non valet substare, et tanto amplius agitur, quanto plus in his, que mundi sunt a superioribus disjunguntur. Sup. Math., cap. 6.

64. Humana conscientia eo ipso quo ab int. s. GREG. MAG.

mis recedit, semper in lubrico est. Lib. 41 *Moral.*, cap. 19.

65. Nullius vos tibi lingua implicet, ubi conscientia non accusat. *Prosec.*

66. Quem conscientia defendit, inter accusatores liber est; liber sine accusatione esse non posset, si sola que interius audit, conscientia accusat. Lib. 6, in *Regist.*, ind. 13, cap. 178, epist. 14, *ad Constant.*, episc. *Mediolan.*

67. Qui præclaræ conscientia prædicti sunt, huic GREG. NYSS.

cis ac diei filii appellantur. Hab. apud D. Joan.

Damase, lib. 2 *Paral.*, cap. 78.

68. Bona conscientia nullius oculos fugit. s. HIERON.

Tom. 1, Ep. 47, *de Vitando suspecto contubernio.*

69. Innoocens inter ipsa tormenta fruatur conscientia securitate. Ep. 1, *ad Demetriudem.*

70. Nihil humana natura gravius est periculi s. HILARIUS.

conscientia. Lib. 7, *de Trinit.*

71. Plus metu conscientia, quam gesta; hinc manum repellunt, manipulos vero illa sinu colligunt. Psalm. cxviii.

72. Duo testis sunt in vita et conscientia; bonus testis bona vita. Coram Deo testis conscientia, coram hominibus vita. Lib. 2, *de Claustrō anima*, cap. 17.

73. Tranquilla conscientia est, que omnitus est dulcis, et nulli gravis, utens amico ad gratiam, iniuncto ad patientiam, cunctis ad benevolentiam, et quibus potest ad beneficentiam. Lib. 3, *de Anima*, cap. 9.

74. Citius et utilius acquiritur bona conscientia, quam scientia. *Ibid.*, cap. 10.

75. Munda conscientia est, que nec de præterito justè accusatur, nec de presenti injuste delectatur. *De Arte meditandi.*

76. Melior est gloria proprie conscientiae, quam Hugo CARD.

vana gloria humanæ. Sup. *Ecclesiastes*, cap. 10.

77. Conscientia bona fiducia magna. Homil. 64, s. JOANNES sup. Gen.

78. Maximum festum est, conscientia bona. Hom. 3, *de Fide Anna.*

79. Conscientia tribunal est horrendum, quod pecunia non corrumptitur, non adulatioibus aqviescit, eo quod divinum est, et a Deo nobis impositum. Hom. 3, *de Verbi Isaiæ.*

80. Nihil tam jucundum est, quam conscientia proba, quæ, cum nullis stimulis pungatur,

81. In omni actu carnali diabolus fraudem facere potest, in sola conscientia non potest fieri diabolus. Hom. 13, *Oper. imper.*

82. Scit in conspicu hominum, grata est facies pulchra; sic in oculis Dei speciosa est conscientia munda. *Ibid.*, Hom. 15, sup. illud Math. 6, *Notit. feri. tristes.*

83. Nihil est quod ita voluntate affere solet, sicut pura conscientia. Hom. 42, sup. II, *ad Cor. in princ. Moralit.*

S. ISIDORUS  
DUSPALENS.

84. Bene et audacter pro bona conscientia exultat, qui valenter in se reprimunt, quod insolenter impugnat. Lib. 2, *de Sum. bono*, cap. 23, sent. 8.

85. Semper conscientia servi Dei humiliis esse debet et tristis, ut per humiliatam non superbiat, et per utilem interorem cor ad lasciviam non dissolvat. *Ibid.*, lib. 3, cap. 49, sent. 3.

S. NILUS.

86. Conscientia prolucerna actionibus utere; ea enim qua in vita honesta sint actiones, et quoniam tibi ostendit. *Paren.* 199.

O. IGEN.

87. Conscientia est spiritus corrector, et velut pedagogus quidam animæ sociatus, ut eam de melioribus moneat, vel de culpis castiget et arguit. Lib. 2, in cap. 2, *Ep. ad Rom.*, sup. illud: *Testimoniū reddente eis conscientia.*

PETR. BLES.

88. Conscientia hominis est quasi later luteus, qui dum plus ablutur, plus sordescit. *De Confess. sacram.*

PETRUS CELL.

89. Parum est bona conscientia conversari in celis, nisi et ipsa colum fiat. *De Conscientia*, cap. 4.

90. Inchœatur conscientia à timore, producitur et deducitur a subjectione, perfectetur et consummatur in amore. *Ibid.*, cap. 6.

S. PETRUS CHRYSOLOG.

91. Corda bene conscientis aperit, male conscientis claudit. Ser. 22.

S. PETR. DAM.

92. Plurimum quos conscientia bona testatur innoxios, statuit impia coram iudicibus reos. *Opus. 12, de contemptu sacrum*, cap. 29.

PHIL. JUD.

93. Mens uniuersus testis eorum est, que clam cogitarit, atque conscientia incorruptus judex est omniumque certissimus. Habet. apud D. Joan. Damase. lib. 1, *Paral.*, cap. 15.

S. PROSPER.

94. O quantum securitatis habent, qui sibi bene sunt consci! Lib. 2, *de Vita contempl.*, cap. 18.

95. Pia et impolluta conscientia liberis intra se utitur spatiis; et quia integras habet sue sedificationis recessus, in appetitus non evagatur alienos. *Ibid.*, sup. Psalm. c, vers. 3.

S. THOMAS AQUINAS.

96. Bonæ conscientia non inquietum, sed tranquillum facit animum. Sent. 114.

97. Fundamentum et janua virtutum, omnis-

que gratia ac spiritualis consolationis principium, est conscientie puritas. *Opus. de Modo confitendi.*

98. Plus est opiana bona et pura conscientia, quam subtilis et verbosa eloquentia. Serm. 12, *ad Novit.*, divis. 3.

THOMAS A  
KEMPIS.

99. Penetrat et aeras potestes securus, pura conscientiae custos. Medit. 18, *de Cordis munita*, cap. 3.

100. Bonæ conscientia paris gaudium, mala conscientia generat sibi tormentum. *In Hortulo Rosar.*, cap. 8.

101. Periculose illis conscientiae fides creditur, quibus cupiditas dominatur. Homil. 20, *de Avaria.*

S. VALERIAN.

SENTENTIA PAGANORUM.

102. Si optimorum consiliorum aliquid factum testis in omni vita nobis conscientia fuerit, sine ullo metu summa cum honestate vivemus. Orat. 14, pro *Cluentio*.

103. Conscientia recta voluntatis maxima consolatio est rerum incommodearum. Lib. 6, ep. 4, *ad Torquatum.*

104. Nec mihi conscientia pluris est, quam omnium sermo. Libr. 42, ep. 27, *ad Atticum.*

105. In omni vita sua quemquam non oportet a recta conscientia transversum unguem discedere. Libr. 13, ep. 20.

106. Magna consolatio est, conscientia maximi et clarissimi facti. Lib. 41, ep. 11.

107. Nihil me preter conscientiam delectabit. Lib. 45, ep. 11.

108. Hominum conscientia a virtute remota, ita in magnis verstant angustiis, ut nihil jam turpe sit quod non videatur esse factura. Libr. 2, *de Finib.*

109. Nullum theatrum virtuti conscientia major est. Lib. 2, *Tuscul.*

110. Conscientia bene actæ vita multorumque beneficiorum recordatio jucundissima est. *De Senectute.*

PLATO.

111. Conscientia integra bonæ senectutis matrix. Lib. 1, *de Republ.*

112. Eum, qui nullius sceleris sibi est consensu, jucunda spes perpetuo comitatur. *Ibid.*

SENECA.

113. Multi famam, conscientiam pauci vereuntur. Lib. 3, ep. 20, *ad Maximum.*

114. Illi hec, qui plenus est bona conscientia. *De beata vita*, cap. 10.

115. Male agit, qui famæ, non conscientiae gratia est. Lib. 6, *de Benefic.*, cap. 42.

116. Ex bona conscientia, verum bonum oriut. Ep. 23.

117. Bonæ conscientia prodire vult, et conspi; ipsa vero nequit, tenebras querit. Ep. 97.

118. Bonus fruatur bona conscientia. *De Moribus.*

119. Nihil opinione causa, omnia conscientia faciam, populo spectante fieri credam, quidquid me concio faciam. *De beata vita*, cap. 20.

120. Quandocunque natura spiritum repeat, aut ratio dimitet, testatus exibo, bonam me conscientiam amasse. *Ibid.*

Vide etiam tit. *Accusatio*, sent. 62, 63, 64; *Judicium in genere*, sent. 77; *Scientia*, sent. 35.

## CONSCIENTIE REMORSUS.

## SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROS.

1. Quae poena gravior, quam interioris vulnus conscientie? nonne hoc magis fungendum, quam mors, quam inopia, quam exilium, quam debilitas dolor? Lib. 3, *Oific.*, cap. 4.

2. Ibi gravis est culpa conscientie, ut sine iudice ipsa se puniat, et velare cupiat, et tamen apud Deum nuda est. Lib. 3, *de Paup.*, cap. 11.

3. Unusquisque sibi ipsum animum suum servum judicem sui, ultorem sceleris, et vindicem criminis habet. Lib. 7, Ep. 44, *ad Constantium*.

4. Peccatrici conscientie nullus locus tutus vel certus est dum metuit deprehendi. Serm. 46.

5. Sapiens si epuletur, si cogitet, si ore ad preciput, ante oculos ejus semper est error proprius, et momentis omnibus culpa pulsat conscientiam, nec quiescere, nec oblivisci sinit, velut gravis censor excitat se terrore perpetuo. *Prose.*

6. Omnia adversa habet, quia ipse sibi displicet, ipse sui accusator, ipse sui testis est; nec inventit qui fugiat, quippe se pergeret et stimulat. In *Apologia David*, cap. 9.

7. Gravat conscientiam memoria delictorum, nisi medicina poscarat. Sup. *Psalm. xxxvii*.

8. Magna poena est impiorum conscientia. S. *Anselmus*, II, *Cor.*, cap. 2, in illud: *Testimonium conscientiae*.

9. Conscientia propria sufficit unicuique ad testimonium. Sup. *Ep. ad Rom.*, cap. 2.

10. Conscientia rei semper est in poena. Part. 1, tit. 3, cap. 10, et *Isid.* *Hispalens.*, lib. 2, *de Synon.*, cap. 11.

11. Quid prodest si omnes laudent, et conscientia accuset? aut quid poterit obesse, si nobis omnes derogent, et conscientia sola defendat? Part. 2, tit. 10, cap. 2, § 4.

12. Animus male sibi conscient, dum sibi videatur nullum penitenti pati, credit quod non judicet Deus et sic auferuntur iudicia Dei a facie ejus, cum haec ipsa sit magna damnatio. Sup. *Psalm. ix*, vers. 28: *Auferuntur iudicia tua*.

13. Quidquid vis potes fugere, homo, præter

## CONSCIENTIE REMORSUS.

conscientiam tuam; intra in domum tuam, requiesce in lecto tuo, intra in interiora, interius habere nihil potes quo fugias a conscientia tua. Sup. *Psalm. xxx*, vers. 3.

14. Quando Deus iudex erit, alius testis quam conscientia tua non erit; inter iudicem justum et conscientiam tuam, noli timere nisi causam tuam. Sup. *Pratm. xxxviii*, vers. 16.

15. Inter omnes tribulationes humanae anima nulla est major tribulatio, quam conscientia dilectorum. Sup. *Psalm. xxxv*, vers. 1: *Ajuditor in tribulationibus.*

16. Quid prodest si quod est exterius sanum est, et putrefacta est medulla conscientie? *Ibid.*

17. Iniquorum conscientias non sanat, nisi indulgentia. *Ibid.*

18. Sicut magna est poena impiorum conscientia, sic magnum gaudium priorem ipsa conscientia. Sup. *Psalm. lxx*, vers. 3.

19. Testis qui adest, non in cubiculo adest parvum, sed in cubilibus conscientiarum vestrum. *Prose.*

20. Judica causam, iudicis tribunal est in mente tua; sedet tibi Deus, adest accusatrix conscientia, tortor timor. Sup. *Psalm. lvi*, vers. 1: *Recta iudicatio.*

21. Quid ibi valebit calliditas accusatoris, ubi est testis conscientia, ubi tu eris et causa tua, ubi iudex non querit testimoni? Sup. *Psalm. lxv*.

22. Timor reum conturbat, conscientia confundit, cogitationes increpat, et fugere non potest. *De Control. cordis*, cap. 6.

23. Ille se ad quod credit et diligit per ventrum esse desperat, cui malae conscientiae scrupulus inest. Lib. 4, *de Doctrina christiana*, cap. 40.

24. O miserabilis peccati servitus! servus hominis aliquando sui Domini duris imperiis fatigatus, fugiendo requiescit; servus vero peccati, quo fugit secum se trahit quounque fugeat. *Prose.*

